



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Cap. VI. Quomodo Temperantia Caritati subordinetur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

## CAPUT VI.

QUOMODO TEMPERANTIA CARI-  
TATI SUBORDINETUR.

I. Alterum impedimentum perfectionis est inordinatus illicitarum delectationum amor, ut supra dictum est, ad quem cohibendum Temperantia ordinatur; hinc à S. Augustino definitur, *affectio coercens & cohibens appetitum ab iis rebus, quæ turpiter appetuntur*. Quia verò variaz admodum res sunt, quæ inordinatè appeti possunt, ideo variaz quoque Temperantiæ species reperiuntur; nam si quidem appetitum à cibis inordinatè appetendis cohibeat, *Abstinentia*: si à potu, *Sobrietas*: si à Venereis Voluptatibus, *Castitas*: si ab aspectu, Verbo, aut tactu impudico, *Pudicitia*: si ab omni corporis voluntaria pollutione, *Virginitas*: si ab iræ motibus, *Mansuetudo*: si à nimio studendi, & cognoscendi desiderio, *Studiositas*: si à loquendi excessivo pruritu, *Taciturnitas*: si à ludis, jocis, & aliis inordinatis corporis motibus, *Modestia*: & tandem si ad obtinendam à sensualibus delectationibus continentiam variaz corporis afflictiones adhibeantur, *Maceratio* appellatur.

II. Ex dictis sequentia pro Ascepsi axiomata erui possunt. Primum: *Qui abstinet est, adiciet vitam*: Eccl. 37. non corporalem duntaxat, sed spirituales gratiaz, gloriæ, & famæ; quia tantum virtuti & famæ adijcitur, quantum cupiditati detrahitur. Secundum: *Prima virtus Monachi est, Hominum iudicia contemnere*: quia, cum hæc plerumque falsa & sibi adversantia existant, fieri non potest, ut rectè agat, & perfectè, qui perfectis æquè ac imperfectis placere appetit. Greg. hinc rectè dixit nonneimo: *Non quàm multis placeas, vide, primis, sed quibus*. Tertium: *Qui se humiliat, exaltabitur*: quia inquit, quò fidelitè quis omnia DEO, & non sibi attribuit, tantò *magis se sublevari sentiat*. Quartum: *Vbi Christus est, ibi modestia est*: quia etiam, quando Palatia foris eleganter exornata ac, si respicimus, magnum quendam Dominum in iis habitare crederemus, *humiliamus*. Quintum: *Qui non offendit in verbo, perfectus est*: Jac. 2. quia ex abundantia cordis os loquitur, atque adeò perfecta locutio meritò magnam etiam in animo latentem virtutem

virtutum apparatus, qualis ad perfectam locutionem  
ritur, arguit. Sextum: *Restè novit loqui, qui restè novit  
cere*; quia & tempus ad dicenda priùs consideranda, &  
tem loquendi ex aliorum sermonibus addiscendam  
Hinc & aves auscultando cantum discunt.

## CAPUT VII.

DE TENTATIONIBUS SPECIALIBUS  
VIÆ ILLUMINATIVÆ.

I. **Q**uadruplicis generis tentationes huic viæ illu-  
tivæ specialiter sunt infestæ. Prima est *in-  
tia* tentatio; cum enim is, qui in hac via constitutus est,  
vertat se crevisse in perfectione, atque adeò majorem  
ritatem, gravitatemque spiritualem assumere debere,  
dum est, ne, dum exercitia aliqua viæ purgativæ propo-  
mittit, etiam alia proposita salubria, piâque exercitia  
velut hunc statum & viam minus decentes omittat.  
diligenter vigilandum erit, ne, dum ad majora bono-  
renda impellit Adversarius, majoribus simul & mino-  
privet. Nihil ergo sive de ordine diurno, sive de nocturno  
spontaneis exercitiis immutandum, nisi manifestè  
gratiam invocata, & maturam deliberationem  
fam spes boni notabiliter majoris appareat; eoque  
res & industria tota convertenda, ut non tam nova  
tur, quàm novo fervore, & majori perfectione adma-  
tur, eumque in finem tritum Ascetarum Axioma  
obversetur, quo dicere solent, DEVM adverbia magis  
verba ab Hominibus expetere, id est, non tam attentè  
quàm qualiter fiat.

II. Altera tentatio *Tepiditatis* est, quæ, si ulli  
aut statui, huic certè illuminativæ vel maxime in-  
dum idem ferè his contingit, quod viatoribus solet  
ut scilicet magna alacritate iter auspicantes, tandem  
languere, atque de celeritate ambulationis remittunt  
ant, quantò longiùs sunt progressi, id quod optimè  
S. Bernardus ser. 3. de Annunc. sic loquens: *Tepiditas  
cessu temporis à fervore Conversationis nostræ, paulatim  
gescit caritas, abundat iniquitas, ut consummationem*